

Beiheft

2

S 119

1285 Juni 23 Stendal.

[57] 119

Das Domstift Stendal befundet die Verzichtleistung des Arnoldus de Bac auf die bisher von Barlar zu Lehen getragenen Güter.

Nos Adam praepositus, Joannes decanus totumque capitulum ecclesiae Steindalensis recognoscimus et praesentibus nostris literis publice profiteamur, quod constituti coram nobis Arnoldus de Bac et uxor sua Cunegundis et eorum duo pueri Gertrudis et Henricus bona omnia, quae ab ecclesia Varlariensi possidebant in feodum sive sub annua pensione, ad usus memoratae ecclesiae libere resignarunt. Ne istius resignationis ulli dubium oriatur, sigillo nostri capituli roboravimus praesens scriptum adhibitis testibus fide dignis, videlicet domino Joanni decano, Ludero scolastico, Philippo custodi, Godekino Vlosmero, Joanni de Hardeberg et Reinero canonicis. Actum et datum Steindahl anno Domini M^oCC^oLXXXV, in vigilia beati Joannis bapt. Barlarer Kopiar S. 120. — Statt Hardeberg wohl zu lesen Gardelegen.